



**Miracula Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,  
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac  
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de  
Liesse dictam effulsere**

**Caout, Walrand**

**Coloniae Agrippinae, 1607**

Captivus magno miraculo à vinculis liber euadit implorata pijßimæ virginis  
ope.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

**CVIVSDAM MVLIERS** *domus ab incendio diuinitus preseruata, & re-  
cto beatæ virginis pie facta.*

## CAPVT XXI.

**M**ulier quædam Elnonensis, suæ  
Amando in pabula, vt vidit mag-  
vrbs partem incendio fortuito deflagra-  
suam ipsius domum tantum non penitus  
buri (iam enim flamma duobus aut tribus  
cis eam non nihil deuastauerat) ex toto con-  
beatæ Virginis fauorem implorauit, vnde  
se (si domus salua superesset) venturam ad  
diculam fontis, quæ Cheruizæ est, acturam  
gratias. Actutum flammæ crepitantes ab-  
uertunt, & domus salua mansit: mulier imp-  
uit votum, gratias egit beatæ Virginis, & a-  
genteam hominis effigiem detulit & obtulit.

**CAPTIVVS MAGNO MIRACVLO**  
*à vinculis liber euadit implorata pijsse-  
mæ virginis ope.*

## CAPVT XXII.

**I**oannes Bandeus senior captus Angli-  
bello Hannoniensi, & Brianiam abducens  
ad afflictorum aduocatam confugiens er-  
rimis animæ medullis pias ad eam effudit  
preces. illicoque vinculis solutus, absque  
obstaculo venit ad ædiculam fontis cum co-

pedibus, beatæ Virgini grati animi significationem exhibiturus.

**INFANTVLVS MORTVVS ANTE-**  
quam natus ad vitam reuocatur & baptisatur B. virgine piè inuocata, & eodem puerulo ante virginis imaginem delato.

CAPVT XXXIII.

**A**Nno 1478. coniux Melchioris à Tornaco, Ladenzæ commorans infantem enixa est, in quo nullum vitæ indicium apparebat per totum quinque horarum spatium. Mox vt Virgo piè fuit inuocata, vitam infans accepit, baptismo expiatus est, & ad ædiculam fontis delatus.

**QVIDAM OMNI TIBIARVM MOTU** & sensu miserrimè priuatus, sibi in integrum restituitur, vbi ex Normania Cheruiam pertractus est, implorata ibidem sanctissimæ virginis ope.

CAPVT XXIV.

**A**Nno 1568. Antonius Pratanus filius Roberti ex pago S. Dionysij iuxta Gisoram in Normania omni tibiaram motu & sensu destitutus cum esset, videns sacellum eo loci constructum in honorem Virginis matris, quæ